

GODOFREDI à BAVO,
JVRISCONSULTI
CLARISSIMI, ATQVE
in Supremo Sabaudiaë Senatu
Præsidis,

THEORICA CRIMINALIS
Ad Praxim forensem accommodata.

OPVS IN §§. DISTINCTVM,
Idq; non tantum pragmaticis, sed uniuersis
Juris studiosis utilissimum.


*Editio altera priori multò emendatior &
correctior.*

Cum summaris & indice copiosissimo:

num. 45.

cap.

num. 45.



ULTRAJECTI,

Apud WILHELMUM STRICK,
MDCXLVI.



EPISTOLA

AD LECTOREM.



Quoniam hæc de criminibus consideratio inter omnes materias, quæ in foro frequenter sunt, est longè utilissima ac planè pernecessaria & magni momenti, cum hîc, non de tritico aut oleo legato (ut dici solet) sed de hominum fortunis, existimatione & vita agatur, rebus apud homines longè pretiosissimis, bonum factum nobis visum est, si in hac commentatione paulò uberius quæ ad crimina pertinet, in distinctos §§. congesta, persequeremur: non est ta-

IN TRACTATUM

Doctissimi Præstantissimique Viri

D. GODOFREDI à BAVO,

Ex Præsidibus supremi Sabaudiaë

Senatus.

Dum tuas tento, Godofrede, laudes
Dicere, elatis ope Dedalæa,
Icari nitor, subiturus omen

Nescius alis.

Seu fluens fecundat agros, nivosis
Rupium cristis aqua, Didymoque
Impetu labens Sagarus frequenti
Vortice turget.

Non secus Juris, Godofrede, campos
Gratus irrorat tuus iste sudor.


Eximet clauso decus è sepulchro
Sudor anhelus.

En parant Musæ capiti coronam,
Et comam certant religare sertis,
Tæque Parnassi sibi vult alumnum
Cultor Apollo.

Nonne jam multos properare cernis,
Qui sitim sedare student fluenti
Fonte jam nato? properat frequenter
Turba senilis.

Πρύτανης, totius honos senatus
Vivet æternum volucris per orbem

Vectas


G O D O F R E D I
A B A V O I V R I S C O N -
S V L T I C L A R I S S I M I,
A T q; I N S U P R E M O
S A B A U D I Æ
Senatu Præsidis,

T H E O R I C A C R I M I N A L I S
A D P R A X I M F O R E N S E M
accommodata.

§. **Inquisitio.**

S Y M M A R I A.

I **N**QVISITIO quid.
2. *Inquisitionis propria notio,*
& *cui actui propriè vox inquisitionis*
tribuatur.

3. *Officium Iudicis inquirentis est interrogare*
partem adversam, an velit delinquentem accusare.

4. *Iudicis est curare ut sibi in primis de delicto*
constet.

5. *De delicto quot modis constare possit.*

6. *Reo in ipso delicto deprehenso sternitur ju-*

§. INQUISITIO.



1 Inquisitio
quid.

2 Inquisitio-
nis propria
significatio :
& cui actui
vox ipsa tri-
buatur.

3 Officium
judicis in-
quirentis est
interrogare
partem ad-
versam an
velit delin-
quentem
accusare.
4 Judicis est
curare ut sibi
in primis de
delicto con-
stet.

ACINIOSAS præ-
sationis moras in hoc
tractationis vestibulo
haud traham, lector be-
nevole; itaque ut ab ipsa
re exordiar, præter ea
quæ primo de Reat. tra-
ctatu, quæst. 1. tradidi,
scias velim 1 inquisitio-
nē nihil aliud esse, quàm
criminis famā divulgati ex bono & æquo à judice
competente canonicè factam investigationem.
*Hostiens. in summ. ac secundum Bartolum in l. transi-
gere. num. 15. C. de transact. 2* Inquisitionis voca-
bulum primo actui attribui, quo judex contra
delinquentem procedit, qui utiq; versantur in fa-
ciendis, quas vocant, de delicto informationibus,
non verò in iis quæ consequuntur, ut probat Jul.
Clar. in *prax. crimin. §. final. quæst. 3. versic. & Adverte
&c. quæst. 11. in princ.* Ac priusquam 3 ab inqui-
sitione ad alia abeat judex, interroganda est pars
adversa, an velit delinquentem accusare, secun-
dum Sabaudix decretum, *titul. de accusat. inquisit.
ac penis. cap. 157.* Idemque movet Hippoly. *singu.
305.* quo factò, 4 judicis est, antequam ad captu-
ram seu examen rei progrediatur, curare, ut sibi in
primis de delicto constet, *l. 1. §. item illud. D. de Scto.
Sylavian. l. si is qui, §. si Titium. D. de furt. Bartol. in l.
final. column. 1. D. de quæst. Thom. Gramm. decis. 60. numer.
20. Boerius decisione 164. num. 8. & decis. 259.*

I N D E X

RERVM ET VERBORVM

QUÆ IN HOC VOLUMI- NE CONTINENTUR.

*Primus numerus paginam, secundus locum
indicat.*

A Bortivo partui, qui dat causam, homicida est, si vivificatum est animal,	313.26
pro Absente in causa capitali quilibet admittitur ad allegandas absentiae causas	69.10
ad condemnandum Absentem qui carcerem fregit, an sit opus citatione, repugnantes Dd. sententiae	146.8
<i>Abbas</i> sententia de clerico examinando ut iudici saeculari de veritate liqueat,	57.28
Abbas potest incarcerare monachum suum	532.50
Abolitio criminis fieri non potest accusatore contradicente, imo isto casu consensus partis debet esse expressus & evidens, nec sufficit tacitus	409.38
Accusatio quid	24.1
Accusare est aliquem reum criminis deferre	ib.2
Accusatio intra tempus legitimum prosequenda est, alias non prosequens quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur	ibid.3
regulariter licet fisco partes accusatoris assumere, propter officii necessitatem	25.4
qui accusare possint, aut non	36.42
qui accusare volunt debent sine mora accusationem suscipere, & cur	33.31
<u>Nu</u> 3.	spatio